

D. Joh. Jacobo Grynaeo D. Pareus S. P.

Dolui, Vir et Frater in Christo reverende, cum nuper ex  
 D. Carolo, qui isthinc ad nos venerat, cognoscerem: ita te  
 continuè laboribz s. nescio an voluntate tua an aliorum  
 iniquitate, solvui, ut cito confici te sit necesse, quem hoc  
 tam luctuoso tempore, non tam suo quam Ecclesie Christi  
 bono diu bene incolumem esse, omnes boni merito cupi-  
 unt. Velim ergo tibi in hac imbecillitate à suis non nihil  
 parci, ne quod à Ursino Praeceptoris meo eadem causa  
 factum est, ante tempus Ecclesie et nobis eripiaris. Labo-  
 reris, ut diu quaeam. Sed fiet Domini voluntas. Scripsi pau-  
 ca et primo nunc ad D. Bezan de duobz nostris alumnis,  
 quos Illustrissimus noster studiorum causa Genevam mittit,  
 inde postea ad vos redituros. Video enim me propter vo-  
 luntatem in communem palestram ex hac umbra pro-  
 trahi, ut deinceps mihi vobiscum necessaria sit futura  
 causa communicatio. Et spero D. Bezan inter tot occupa-  
 tiones rectè accepturum compellationem meam brevissi-  
 mam. Non enim libenter vos avoco aut interturbo in  
 gravissimarum actionum cursu. Quid Hubery ille furiosus  
 Apostata Latine et Germanice nunc in vulgè spargat de  
 universitate electionis, redemptionis et promissionum divi-  
 narum, et cum quanta omnium nostram infestatione id  
 faciat, non ignoras. Et causa et Ecclesie, non rabiosi canis,  
 aliqua habenda ratio. Itaqz hoc mihi cum D. Tossano com-  
 muni sententia est: ita hominem istum si homo est, si-  
 lentio ulciscendum, ne tamen deserta veritas videatur.  
 Explicanda ergo est controversia, ut aliquatenus jam factum  
 est, sine omni mentione. hujus nebulonis, ne per nos nomi-  
 nis famam, quam quaerit, inveniat, accessit me. alius  
 quidam Sigwerdy: sed utrosqz ulciscar sola recognitione Apo-  
 logia mea, quam scio à pluribz desiderari. Interim aliud  
 pugnae generis ubiquitousa factio passim ostentat ad vulgus  
 accusans Calvinum de Ariano et Judaicis locorum quo-  
 rundam scripturae corruptelis: quod fecerunt nuper Johannes  
 Matthaeus D. Wittenbergensis et Hannius Harpurgensis:  
 nunc Selneckerus et quidam censors in Scepisio: ut videret  
 licet ex his pagellis, quas ad te et nos mittit orthodoxus quidam  
 Ecclesie.

Euleria Minister, vir doctus Sebastianus Ambrosius Pastor  
 in Keismarck. legi quidem et legendas dedi D. Tostano,  
 sed quis vacare possit omnibus? Mitto ergo ad te, Reverende  
 Frater, ut voluit Auctor. si tu queas D. Heza persuadere,  
 ut brevem apologiam D. Salvinci proximè emittat, de prae-  
 quis quibusdam locis, maxime contra praefationem Hunni,  
 in tractatu de Trinitate, opera pretium fecisse videberis.  
 Me D. Goelenius urget de Germanico responso ad libellum  
 Selneckeri, quia is Landgraviam suam D. Ludovicum valde  
 commoverit. Sed praeter occupationes ordinarias in manibus  
 habeo alteram annotationem catechetiarum partem, quam  
 amici mihi extorquent; postea Apologia mihi omnino re-  
 cognitis incumbit, ut una cum Bibliis jam recognitis denique  
 proximè prodeat. si quid temporis supererit, dabo aliquid  
 et offendam, omnes istas calumnias totidem esse argumenta  
 victoriae nostrae, quia adversarii, ut mali causidici solent,  
 causa desponsata, lites movent alienas. Bene vale vir Re-  
 verende et frater in Christo observande; Dominus Jesus te  
 cum Ecclesia sua in volentem servare, et robore spiritus  
 instruere pergat. Saluta omnes Fratres, et me, ut facis,  
 a no. Heidelbergae 27 April. 1590.

Enigmas

T. S.

D. Pareus

Reverendo et Clarissimo Theologo  
 D. Joh. Jacobo Gryneo, Dno ac fratri  
 suo summa observantia colendo  
 Basell.

D. M. Davidi Pareo Wolfgangus Haller S. P.

1521

Cum ex literis, quas ad In Lupichium Ecclesiae nostrae Pastorem  
 affine tuum XXV Augusti, nuper dedisti, vir doctissime atque  
 Amice observande, intellexissem opus harmoniae Evangelicæ  
 D. Joannis Calvinii à me ex Latina in Germanicam linguam  
 translata à Comelino typographo absolutum quidem, sed ex  
 Epistola Dedicatoria vel praefatione libri paginas aliquot  
 amissas esse; ideoque nisi statim desiderata pagella mittantur,  
 opus harmoniae instante hoc mercato Francofordiensi edi non  
 posse, et si integram praefationem seu Epistolam Dedicatariam  
 ad Illustrissimum Principem nostrum 23 Junij h. 1587.